



NVPTIIS ORNA=||TISSIMI IVVENIS || MICHAELIS
BOL-||FRASII:|| ET || Honestißimae virginis BLANDINAE
|| Filiae Clarißimi viri ANDREAE || ZOCHII. I.V.||
Doctoris.|| CARMINA AMICORVM.||

Vollständiger

Titel: NVPTIIS ORNA=||TISSIMI IVVENIS || MICHAELIS BOL-||FRASII:|| ET || Honestißimae virginis BLANDINAE || Filiae Clarißimi viri ANDREAE || ZOCHII. I.V.|| Doctoris.|| CARMINA AMICORVM.||

PPN: PPN858742721

PURL: <http://resolver.staatsbibliothek-berlin.de/SBB0001D03700000000>

Erscheinungsjahr: 1583

Signatur: 22 in: Xc 558

Kategorie(n): Historische Drucke, Sprachen / Literaturen

Projekt: VD16 digital

Strukturtyp: Monografie

Seiten (gesamt): 12

Seiten (ausgewählt): 1-12

Lizenz: Public Domain Mark 1.0

29.

60

J. J. P.

NVPTIIS ORNA TISSIMI IVVENIS MICHAELIS BOL- FRASII:

ET

*Honestissima virginis BLANDINÆ
Filiae Clarissimi viri ANDREÆ
ZOCHII. I. V.
Doctoris.*

CARMINA AMICORVM.



ROSTOCHII

Excudebat Stephanus Myliander.

MDCXX CI CI

NAPLIS ORNA
TIS LMI LIVAGENIS
MICHAELIS BORT
11211

TE

THOMAS DE VADIAN
MAGISTER ET PASTOR
SOCIETATIS
ROSTOCKI

CARMEN A MICOGLIO



ROSTOCKII

LONDINIS: EX LIBRIS IMPRENTA
LIBRARIA

1513 XXVII

ΜΙΧΑΗΛΩ ΒΟΛΦΡΑΣΙΩ, ΚΑΙ ΒΛΑΝΔΙΝΗ ΞΩΧΙΑ.

Βαγυλογράφις Βιάσθοιο πρόσχετος οχθαῖς ιχθύοντος
Μαρχιαστοῖς, χείροιτε γάμου ἐνὶ σπαῖδες θαλάσσης,
Βολφρασίοις θηλίστραι φέροντος, Ξωκχιαστοῖς τε:
πάντος ὅμοιος κλεινῷ ἐνὶ ἄστε, ἐν τε λυκέω:
ἄλλα μαλιστε λιοφάνη Λινός, καὶ φοίβου ἀναστότος,
καὶ θέματος μύσται. κοῦνθος γράμματος παρθενική τε
Τιτανώρων θέματος φιλομούσων ἐκγεγάσσει.
Τὴν ὄφελοντο μέγ' ἔφι πρόσθιαν αὐτοῖς, οὐαὶ πτολίεσσι.
ἄλλο ὃ μὲν οὐδὲ ἀτυχῆ θυντῆς φούμορος ἕντος Λαῆς:
Βολφράσιον δὲ γέρων, ἐνέτοις πρόσθιαν αἴρει φίλοισιν
Οὐλρεῖνα φεστιληνὶ πραττίσω μῆτην ὑφαίνει.
Βαίνει δὲ ἐδιλοῦ πατρὸς ἐν ἵκνεσην ἡδονήσασι:
τιναρίθ, ἀσραίας θωσφίτης Λωδοθέρης:
ἔδι ὅτε κάλεαντο λαοὺς μέγ' ὀνειρῷ ἰστᾶται,
καὶ λαμπρῷ κλέψει θυδούλιοις ἐνὶ ἀνδροάστη τῇσι.
Τοῖος ἀνίση πλεῖ φίλοις φίλος φίλος οὐδὲ γέρουσι,
Ξωκχιαστῷ γένετο τίμητη, φῶς οὐδὲν κοράων,
Βλανδίνην γαμεῖε, ἐνὶ πτερυνίκησι πορέπουσα
Αἰματίσιοι λόγοισι καὶ σίμιλοισι πρόπεισι:
τῆδε ἐνὶ καὶ ἐδλαὰ πρεπτίστεις, καὶ ἐσθία ἀγνότου,
Οὐδέ τινα πίνειν πεινάει, τίθεται δὲ καὶ οὐποτός ἀμειροι
Παντοτίῳ ἄντες ἀγαθῶν: μάλα δὲ θιλόμεθα οἰκεῖη
ὑμετοῖς ἐνὶ οἴκαις ἐμοφροσύνη φρατέινην:
τῆς ἀτέρης θυσιαίμαντι γάμοις οὐ γένεται, οὐδὲ γένοισθαι.

IOANNES CASELIUS.

ANDREAS CELICHIUS
MICHAELI BOLFRASIO.

VT, cum tristis Hyems, post frigida:
tempora Bruma,
Desinit informem glaciem, ventosq;
niuales,
Veris ad exortum, fluuijsq; aruisq; parare,
Et iam sole venit propiore feracior Annus,
Tum cura Agricolis abeunt, paßimq; per urbes:
Latior exurgit vicitus, tum ludit in herbis.
Cantillatq; puer, fit equesq; in arundine longa,
Apric. & q; sedent ridente sub Æthere matres,
Sic tibi iam mæsto pridem, cum, patria linquens:
Ora, scientifici sequereris Iura Schraderi,
Ventura metuens stragis, quam funere multo
Prodigiosa lues nostris post edidit aruis,
Nunc veteres abolent rursus noua gaudia curas,
Dum trahit intuitu mentem, amplexuq; serenat:
Virgo pudicitia insignis, specieq; decora,
Qualis apud riguostingit violaria fontes
Purpureus color, ac media albida parte relinquit,
Sed formam hanc superat pietas, et plurima virtus,
Quam satus ipse Deo, tibi nomine & omne magno
Fructi-

Fructificam in dotem Michaël producere gestit,
Tu modo, quod tanto venit Auspice, Amabile Ma-
sume sauens, proprioq; exstā non asper honori. (nus
Nempe viro maior non est, meliorq; voluptas,
Numine quam placido compar quæsita fidelis,
Obsequiosa suis, ac puri haud' indiga cultus:
Et quis eam inueniet nisi Religionis amator?
Quandoquidem auersos cœlo sua damna sequuntur,
Et similes iungit fani vis præscia mores.

At verò tua non spurcos Blandina furores
Fert tibi, Blanditiæ sed habet vestro ordine dignas,
Atq; sui ipsa omnem Mensuram nominis implens,
Flexiloquas thalamis Sirenas arcet honestis,
Quæ risum simulati, quanquam pregnantia fraude
Corda gerunt, miserosq; ita Ludificantur Amantes,
Funestosq; crient gemitus, incertaq; semper
Spemq; metumq; inter lethali pectora tabe
Conficiunt, neq; eis pax nulla est, qualibus olim
Flaminibus Syries agitantur ab equore aperio,
Deprensasq; rates angusto littore quassant,
Vsq; adeò conditus Amor qui Melle putatur,
Crateras plenos ingrato felle ministrat:
Et tenero vngue Rosam juuenis dum forte legebat,
Hamatas sensit, fluido iam sanguine, spinas.

Vrit enim multos, quamuis non pulchra, venustas,
Quæq; alijs sordet, Dea creditur esse volenti,
Sic animos spoliat cæcus ratione Cupido,
Fucataq; leues irretit imagine sensus,
Ut miseris volucres fallax modulamen inescat,
Viscosaq; rapit virga, raptasq; trucidat.

Ergo beatus is est nimium discrimina tanta
Qui fugit, & sociam casto cum vulnere querit:
Fortunata diu non perstat amatio Turpis,
Nec nisi justa Deo Autori sunt fœdera curæ,
Fœdera legitimo quæ sancit ab ordine Mystæ,
Cum duo amicitia vñanimi, sacrator, in vnam
Corpora perpetuo carnem sub pignore necit,
Iam super amborum bona verba salute precatus.
Cedit enim bene res, quando est Deus antè vocatus,
Quanquam alij Magicis nunc malint Artibus vici,
Inuitis ut virginibus, furtosq; potiri
Flagitijsq; suis valeant: Sit perditus, opto,
Iactura cœli, quisquis fabricatur Amores.
Nam male parta Venus non latifinis exit.

Quod superest igitur, Christum, quo vindice sta-
Sollicitus posco votis, ut vestra perenni (mus.
Lege fides maneat stabilis, labefactaq; nunquam,
Fortuna ventos, Tempestatumq; procellas.

Stet

*Stet contra, inq; Animis paribus firmetur eundo.
Et multa tandem faciat vos prole parentes,
Quæ Christo ac vobis cum laude solumq; polumq;
Replete, & seris numeret sua nomina Aristis.*

Gustrouij X. Calend. Maij.
Anno 1583.

•S S•

FAMHAION
ORNATISSIMO ET DOCTIS-
SIMO IVVENI MICHAELI BOL-
FRASIO, DISCIPVLO OLIM
suo, Scriptum

a

M. FRANCISCO OMICHIO.

Hic mihi Cæsareas leges & tradita priscis
Iura viris, vera sedulitate colit:
Qui simul egregias legum quas regula san-
Virtutes factis impiger exequitur. (cit
Quis te igitur dignis BOLERASI laudibus ornet,
Quod fugis illicitos commaculare ihoros?

CVLLA

A 4

Aig


Atq; tibi sanctum querens medicamen amoris,
Institit veluti norma, Deusq; iubet,
Suscipit in thalamum preclaram laude maritam
Quae genus à ZOCHIIS nobile dicit avis.
Quam Pietas, quam sancta Fides, Dilectio suavis
Quam regit, & rosee qui nitet ore pudor.
Cuius & exornat laudata modestia vulnus,-
Lucet & in casto pectore castus amor.
Sed tibi non casus tulit hoc, aut caca voluntas:
Hac venit à Domino qua tibi Sponsa venit.
Huic igitur dignas ex toto pectore grates
Perfoluas, quod det munera ianta tibi.
Atq; nouam lati amplexibus excipe Sponsam,
Et: Plus scripturo iraxit Apollo manum.
Ergo vale, veterisq; tui memor esto Magistri,
Quo tibi nunc multò carior una venit.
Sed nihil inuideo: Placida modo perlege fronte,
Quae dedimus thalamo carmina pauca tuo.
Sic tibi sint faciles superi, & tua cœpta secundent,
Acceleretq; nouas pronuba Iuno faces.
Sic Venus, & blando faueat tibi blandula vultus
BLA NDina, & faciat te quoq; sepe patrem.
Sic opibus tandem multis, saturatus & annis,
Syderei teneas regna beata poli.

ALIVD

A L I V D

Coniugium quamuis soleant implere dolores
Et magni luctus obtinuisse locum:
Hitamen imminui poterunt, ubi iungere mentes
Et concors pietas, verus amorq; solet.
His quid enim rebus preciosius, utiliusq;
Semper honorato in coniugio esse potest?
Regnat ubi felix, vitans Concordia lites,
Quam fouet unanimis, castus, honestus amor.
Mordaces subito fugiunt cura atq; dolores,
Lædit et unanimem nulla querela forum.
An non felicem dicent te secula nostra,
Sponse tue gentis, Pieridumq; decus?
Quod noua nuptia tibi est, que nominis omne signat,
Quam bene virtutes has colere ipsa velit.
Delicias alij querant, ubi querere fas est,
Est, que te oblectet, casta marita domi.
Blandicijs Blandina suis tibi leniet omne
Curarum, quod te forte grauabit onus.
Ergo etiam blandus blandam complectere amore
Blandinam blando, et gaudia mille cape.

Erhardus Mertelius:
Culmbacensis.



NATHAN CHYTRÆVS SPONSO, S.

Vod tibi Blandinam pulcherrima ma-
ter amorum
Coniugio iungat stabili, canoq; pa-
renti

Ex te blandiloquos Zoccha de gente nepotes
Spondeat; ex animo lator: sponsaq; tibiq;
Atq; adeo vestris virinq; parentibus idem
Omnia fausta precor. Tu vero o sponsa, quod opto,
Hoc age, ne Cypriæ sic te data germina myrti
Allectum teneant, illi vni ut fixus & hærens,
Propter eam fertum longè melioris oliue,
(Quod veneranda Themis casta cum Pallade lau-
Implicat, ostentansq; tibi quasi cominus offert, (ro
Gestamen docti capit is linguae&q; diserta)
Haud magnifacias, tepidoue ardore sequaris.
Quin stimulos tibi subijciat fax mentis honestæ,
Propositiq; tenax, & duris nescia vinci
Filia curarum malegratorumq; laborum
Gloria, nobilior gemmis, preciosior auro,

Si

Si pietas vera, atq; auro magis aurea virtus
Haud desint animo. hic igitur vigilare memento,
Huc tende, huc propera, huc plenis te passibus. (fex. in fer,
In stadio hoc non curriculum, sed meta coronat.



